



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Francisci Henrici Præpositi Domus Olisiponensis ad socios, Romam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

nam, cum per eos dies à Calvinianis captiui detinerentur. Qui è nostris occisi sunt, æquè nouitij ac veterani, præclaris erant adiumentis rerum gerendarum instructi: itaque ad rem Christianam promouendam valde habebantur idonei.

Obstupesco sanè, mecum ipse considerans mutationes migrationesque nostrorum è nauì in nauem Olisiponensem, deinde in hac insula Materia: vt felix ille manipulus, sicuti Gedeonis quondam milites, pæne vincti à Domino lecti fuisse videantur. Me in S. Iacobi nauem imponere, ipse apud Aloysium præfectum remanere legatus iam prope decreuerat, sed mutauit deinde consilium: partim vt equidem existimo, ne laborem atque periculum subterfugere voluisse videretur; partim etiam quod ego tanto indignus bono videlicet fui. Reliqui sumus nunc è Societate ad triginta. Cæptum iter naminis fiducia persequi certum est: verum eodem euenimus, nescimus: illud quidem intelligimus: Iacobum Soranam id vehementer expetere, nobisque tendere insidias. Sed iam instat hora profectiois, itaque finem scribendi facio, meque & comites tuis cæterorumque sacrificijs ac deprecationi commendo. Ex insula Materia, xv. Kalend. Septemb. M. D. LXX.

FRANCISCI HENRICI
Præpositi Domus Olisiponensis ad
socios, Romam.



EITVM Ignatij Azebedij, & Sociorum nouem & triginta iam cognouistis, vt credimus; qui Brasiliam vnà cum Aloysio regio Præfecto petentes, vt in ea provincia, rei Christianæ procurandæ causa more nostro collegia instituerent, in itinere à Calvinianis oppressi, vitam in professione fidei Catholicæ profuderunt. Nunc aliorum X I V. qui anno post, in eadem causa parem præstiterunt animi
forti;

fortitudinem (ad septuaginta enim è nostra Ulipone discesserant plures in naues impositi) persequar eo ipso ordine, quo rem totam alter duorum, quod Dei benignitate superfuere, nobis exposuit.

Post obitum Ignatij, cum Lusitanica naues è Lusitania insula cursu in Brasiliam directo soluisset, aliud euentum fortita sunt: ea verò, qua Petrus Diaz cum Socijs aliquot vehebatur, ad Cuba insula portum, cui à sancto Iacobo nomen est, fluctibus & procellis adeò labefactata peruenit; ut eam relinquere pòtè sibi necessarium duxerint. Sed cum alia esset insula, ad Abanam eiusdem insulae portum, in Orientem procedere statuunt; ac tridui primùm iter ementi portibus; & quidem exalceatis, imbre denso atque perpetuo, via teterrima; difficultatibus praeterita ut in eiusmodi regione, maximis; exiguo & aperto se commisere nauigio, ventis pluuiæque adeò expoliti, ut non commeatu modò corrumpetur humore nimio, sed & ipsa quibus erant induti vestimenta praetercerent. Eo nauigio quattuor & septuaginta leucas abanam vsque prouecti, maioris formae nauis in eo portu conducta, Augusto mense denique ad insulam Tertias, Aloysium regium Praefectum, & eius societate Franciscum Caltrium, & quinque fratres qui accesserant, assequuntur. Hic Aloysius, nauis turba vehementius imminuta, quod & ex oneraria ipsius, in tam difficili ac diuturna mensum quindectum nauigatione viri sexaginta perierant, & ad Antillas nauis destiterant; multi etiam laboribus periculisque defessati, mutato consilio in Lusitaniam inde reuertuntur, cum superesset vectorum & nauarum vix quod in rem nam satis esset onerariam (in quibus tamen ipsa feminæ quinque & viginti, imbellium puerorum gregem numerabantur) reductis in vnum omnibus, capta inter vnica nauis peragere instituit; soluitque festinata, octauo Idus Septembris. Porro è Societate nostra (totidem alijs ferè tempestate disiectis, de quibus nihil dum certi compertum est) quattuordecim adde-

rant, Patres duo, Petrus Diazius & Franciscus Castri-
 us; duodecim fratres; Alfonsus, Fernandus, Gaspar
 Goes, Andreas Pais, Ioannes Aluarus, Petrus Diazius, al-
 ter eodem, quo Sacerdos nomine; Fernandus Aluarus;
 & ex nouitiorum numero; Michael Tarraconensis, Frã-
 ciscus Paulus, Petrus Fernandus, Sebastianus Lupius, Di-
 dacus Fernandus, Didacusque Caruallius. Dies octo in
 altum Oceanum prospero flatu prouecti, naues quinque
 soleam occidente conspiciunt, quarum erant Gallicæ
 quatuor, vna Anglica. Ex, dissimulato in nocte vsque
 consilio, conuersis deinde repente proris, vento secundo
 nauem nostrã insequuntur. Id vt animaduertit Aloysius,
 reus (id quod erat) & hostes esse, & hæreticos; aduoca-
 ta statim concione, socios nauales ad prælium acriter in-
 cundũ hortatur, mortemque vt Christianos deceret, pro
 Catholica religione fortiter oppetendã. deinde arma ex-
 pediri, culcitra locis opportunis prætendi, saxorũ vim
 cõgeri, sulphurci pulueris cados, pmi celeriter imperat:
 dispersis denique ad pugnam stationibus, peccata ritè
 confessus est ipse, & ceteri quibus ea nocte cõfítendi spa-
 tium datum est. verum inalbescente iam die, rostrata ho-
 stium nauis ex earum genere, quos Galeones appellant,
 ad nostram appropinquauerat, amplior & eminentior
 multo; duabusque tormentorũ significationibus, de mo-
 re, iusserat à Lusitanis vela submitti. Cũ illi nequaquã
 parent; tum hostes facto ter in onerariã impetu, quin-
 que ex eorum numero occidunt, septemdecim, eosque fe-
 rent, altera manu apprehensis, non nisi altera decertare
 possent. Et quamquam hæretici è superiore admodum
 loco pugnabant; haud tamen incruentum eis fuit certa-
 men: siquidem & initio dimicationis de suis ferè vigin-
 ti amisere, vulneratis præterea circiter vndecim; & dein-
 ceptis tribus bombardæ ictibus læsi grauissimè sunt, quo-
 rum vno diffractus malus & vela prostrata; altero perso-
 ratum carinæ latus non sine magno eorum discrimine
 aquas accepit; tertio discerpi decem simul hæretici: que
 metelli erant omnia non leuia incommoda, nihil tamẽ

x s hostes

hostes æquè perturbavit ac vela deiecta, proflus vultu
actum iam arbitrarèntur. Tum verò ex ipsa desperatione
omnibus connixi viribus, quartum iam nostrorum
dunt, & minore quàm putauerant negotio superarunt.
decem quippe non amplius propugnatores erant relin-
quorū quinq; in proa collocati, primo impetu cecide-
re. Itaq; patefacto iam aditu, hæretici ad sexaginta vi ma-
xima irrumpunt. quos Aloysius, cum duas ferreas glan-
des alteram accepisset in pectore, alteram in cruce, quamq;
exhaustis iam corporis viribus, magno tamen animo cõ-
stituit opperiri; gladioq; & scuto nunquã abiecto, ad ex-
tremum vsq; spiritũ dimicavit egregie. Eius morte a re-
liquis deditio facta, quæ tamen ad mitigandam hostium
crudelitatem minimè valuit. nã diabolicis insinistris fatis,
obuios quosque obrũcant: Aloysium, qui quis esset,
nundatum, itemque aliorũ corpora in altis adhuc spiri-
tibus, in vndas projiciunt. Versus deinde in Sanctiorẽ
liquias, & sacras imagines furor, quarũ erat ingens in ca-
navi numerus. Has hæretici Catholicis per vim extor-
quere, trahere per tabulata, calcare pedib; in igne deniq;
gratulabundi conijcere: simul, ore impudissimo, in San-
ctos quorum erant illæ reliquiæ, blasphemias euome-
tes, quas horret animus scribere. quæ etiã, repertas vige-
simo post die statuas duas, alteram sacratissimam Virginis,
alteram Angeli, elatas in publicum, sacrilegis frepente
manibus, caput Angeli per ludibriũ tota nau circummo-
rentes. Tertium & trigelimum vagari diẽ, capto etiam Ab-
garbiensi nauigio, prædam exposuere postremo ad Ob-
bium promontoriũ oræ Callaicæ. Classi præpositus erat
Ioannes Cadauilius Gallus, hæreticus vehementis, & Ec-
clesiasticorum ordinum inimicus acerrimus: costera ve-
hebat eadem, qua Iacobus ante Soria Ignatium Are-
bedium & comites ceperat & occiderat. In Aloysium ve-
rò prefectum incidere Calviniani, cũ ab insula Gortera,
eã depopulati, soluisset. atq; is fuit Aloyij & Luduico
rũ obitus. cuius viri de fortitudine virtuteq; facere noscitur
ita multa cõmemorari; vt pro certo habendũ sit, nonnullam
eius in cœleste domiciliũ cõmigrasse. Nunc restat ad
nostrum

nostra Societatis homines, & maximè nobis propositū
 est. ij, cū hostes infesti aduentarēt, à media nocte ad lucē
 usq; expiandis per Confessionē criminibus quisque suis
 vacarunt. Deinde tabulara subire iussi, nō nisi cōmissio p̄-
 lio ascenderunt ad animādos milites, cibo recreādos, &
 curāda vulnera. Sed quo tēpore facta est deditio, in sum-
 manau, præter Castrū exstabat eorū nemo: namque is
 paulo ante ad excipiendā vnius è gubernatoribus Cōfes-
 sionē ascēderat, ad imā prorā turrim ex vulnere animā
 agentis. In eo munere occupatū, hæretici vulneribus q̄
 plurimis punctim casimq; confodiunt, ira maxima per-
 citi, nimirū eo q̄ Ecclesiæ sacramenta, ministrantem of-
 fenderant. Nā in cæteros non adeo sauière: in Castrum
 vero certatim oēs. Sub idem tempus Petrus Diazius, qui
 ad eā vsque horā Cōfessionibus eorū qui sub tabularis e-
 rant, operā dederat, atq; hilari semper ac sereno vultu a-
 nimauerat cæteros, Gaspare Goe sequente, in apertū pro-
 dit. Vt primū apparuere, utrunq; Galli confestim oc-
 cidunt, nec puero quidē atatis admodū teneræ parcunt,
 qui à Petro ægrè sese diuelli patiebatur. Atq; hoc maxi-
 mē modo tres ij primo congressu cæsi ac nudati, deijci-
 untur in pelagus. Tum yndecim reliqui, sedato iam pau-
 lisper tumultu, sese inuicē plenis pietate sermonibus ad-
 hortati, yltrò in editiora nauis euadunt: nec modò, latē-
 di causa, in cæteram turbam sese non inserunt; sed etiā
 in vnum, dedita opera, conglobati omnes, apertè profi-
 tentur se & eiusdem esse religionis cuius tres modò per-
 cepti, & equè paratos ad mortē cōmunis Domini gra-
 tia subeundā. Quos, circūfusi cōfestim hæretici, dictis fa-
 bulisq; eo die toto contumeliosè ac petulanter illudere ac
 deridere non desinunt, cū illi responderent nihil, nisi si
 quid ad honorem Dei, vel ad dignitatem Ecclesiæ Catho-
 licæ pertineret. Vbi nox adfuit, manus ad terga religan-
 tes in fontibus: atque inter vincendum, accidit vt Mi-
 chael Tarraconensis è vulneribus, quæ in brachijs princi-
 pio acceperat, ingemisceret. Quæ res tantum absuit, vt
 hæreticos ad misericordiam permoueret; vt etiam arre-
 ptum furenter hominē, multa ingerētes probra, è nauis
 præ-

precipitauerint; & ne in comitatus abiret, Franciscus
 que Paulum (nam is erat proximus) eodem imperio de-
 turbarint. Ceteri omnes, vinclis (vt dicebamus) in
 in Aloysij cubiculū detruduntur: adhibitisque cubo-
 bus, totam eam noctem, partemque insequentis diei, pa-
 pe per inediam transigunt: cū interea super alios alij ad
 ostium adessent carceris, modò læta, modò trista nū-
 tiantes: quidā etiam truci obtutu, strictis manibus gla-
 dijs fremere: Papistæ, Latrones, equis erit aliquando
 qui vitam vobis eripiat: & alia eiusmodi. Interea notat,
 quasi futura prospicientes, magno animo sese ad cur-
 ma quæque paraucrant: nec eos fefellit opinio. Nā edu-
 cti è carcere, damnantur capitis. Iamque parabantur le-
 qui vt suspenderentur singuli è maximo mnis malis
 cū Prefectus, maioris prædæ spe, quod eos putaret pec-
 cuniam, ad templum in Brasilia ex ædificandum, Arcum
 atulisse, rem in præsentia distulit; sed eorum comper-
 ta denique inopia, Petro Diazio, Didacoque Cavallo
 ibidem relictis, septem reliquos in rostram ex concra-
 ria transferri iubet. Hic eos hæretici denuo circumfili-
 res, nec solum in fratres nostros, verum etiam in Romæ
 num Pontificem Christi Vicarium, in Ecclesiasticis re-
 tus, in Sanctos eorumque venerationem, denique in Sa-
 cramentum ipsum altaris, cōtumeliosa atque impia ver-
 ba proferre. ad quæ cū illi fortiter admodum responde-
 rent, cædebantur pugnis, alapisque frequentibus, defen-
 sores Catholicæ fidei: quin etiam exquirebantur dege-
 ter in summis capitum verticibus, sacrae quas apparet
 coronæ, quarum hæretici si quas inuenerant, has vni-
 terum iterūque singuli tundere: & simul iurgis & mule-
 dictis in eosdem inuehi cū alijs multis, tum illis præ-
 fertim: canes, fures, veteratores: per vos itaq; in-
 nus conspirent vniuersi mortales atque confertant sub-
 latisque discordijs ac tumultibus, tranquilla omnia pa-
 ce atque otio perfruamur. Vestro scelere non modo Ger-
 mania, & Gallia, verum etiam Brasilia, atque ateo toto
 terrarum orbe praua doctrina diffunditur. Erat in con-
 tiorum numero Petrus Fernandus, sabet liguas: om-
 nium

nium recentissimus ille quidem: sed apprimè humilis, & magnè virtute vir. Is, initio deditiois, pileo talariq̃ue tunica exutus ab hostibus, ne deinde fallente vestitu pro seculari haberetur, & præclarâ pro Christo moriendi occasione amitteret: aggregabat se ad fratres identidè, vultu oculisque ad modestiæ religionisque significationè ita compositis, vt vel ex eo satis intelligerent heretici, hominem esse de nostris. Quo etiam vehementius irritati, capiteus arreptum, vtraque manu subrigere, colaphis petere, digitis oculos aperire, palpebrasque distendere, pallos denique mento subdere, ne vultum dimitteret. ad hæc illum cõtumelijs incessere eiusmodi: Canis, attolle faciem: frontem exporrigere. quæ ille nimirum excipiebat tanta non solum animi æquitate, sed etiam oris hilaritate, vt eo bono se indignum existimans, conuersus ad Deum, diceret: Quo meo mihi merito hoc tribuis, vt pro te patiar, Domine? Per hanc simul procacitatem atque sequitiam hæretici cùm sese miseri diutius oblectarent, alij demum aliò varios in vsus digressi sunt, spatumque fratribus datum ad inflammandos mutuum cohortationibus animos, vireque recolligendas: quo in genere Petri maximè Fernandi, eius quem modò ceteri caritas ac virtus enituit, cùm in singulos cõgressus, lenissimo semper vultu, ceteros ad constantiam ac fidè accenderet, atque ad agnoscendam insignem hanc in se Dei beneficentiam, multis rationibus excitaret. Cuiusmodi sermonibus dum se inuicem confirmant fratres, magna rursus circumuenit eos hæreticorum manus. Instruitur de religione certamen: ex quo, vt genus videatur, vnum attingisse sat fuerit. Oppugnabant hæretici supplicationes & preces, quibus auxilium à Sanctis more catholico exposcimus. qua in disputatione acrior coortus quidam ex ijs: Nonne, inquit, cernitis, in nostra potestate vos esse captiuos: quin vos igitur Maria virgo, Sanctique, quorum opem implorandam affirmatis, e manibus nostris eripiunt: cui fratres: Si expediat nos esse superstites: Beatissima Virgo Sanctique, & vitâ nobis à Domino, & libertatem obuiant utique: sed quia emori præstat

fiat, idcirco non impetrant. Hæc & alia id genus rursus
 debant fratres: quæ illi cum ferre non possent, animi
 iracundia & rabie, consputabât ora subinde nostrum
 quin etiam quodam Alphonsi Fernandi respôlo promo-
 tus vnus ex ijs, furêsque: ob id ipsum, inquit, quod in-
 xisti, peribis. cui Alphonsus, vtpote Promissit. Non lo-
 lus ego, sed omnes planè mori parati sumus. At qui ex-
 spectate (ait hæreticus) molossi canes, caput egomet vo-
 bis præcidam, vosque (meam fidem testor) in mare pro-
 ijeciam. Hac altercatione in cœnam vsque ducta, disce-
 dunt hæretici: fratres verò tempus nacti rursus molestia
 vacuû, de integro adhortari se mutuo; diuinam opem in
 tali tantoque salutis æternæ discrimine expectere, Christi
 morte cruciatibusque memoria reperendis, se se per-
 seuerantiam atque ad fortitudinem incitare; Deo deni-
 que pro tam præclara sibi oblata bene monendi occasio-
 ne gratias agere. Interea hæretici expleto pulis ventris
 animi quoque feritatem extremo supplicio nostrorum
 exsaturare constituunt: nec mora: singulos cœnæ deni-
 que circumstant, exutosque tunicis, quanta maxima vi
 quam possunt longissimè à nauibus in altum euaculant.
 Ac Petrus quidem Fernandus, & Ioannes Aluarez, nauis
 diuinitus periti, fluctibus hauriuntur illic: ceteri qui
 que vnum in locum diuinitus congregati, diu sese lo-
 stentant, postremû vale sibi dicentes inuicem, ac ventum
 inter se delictorum petentes. Didacus verò Fernandus,
 quem vnâ cum Sebastiano Lupio (qui deinde superbi-
 tesambo fuere) sub nocte hæretici quidam quasi diuina in-
 su, cibo potuque refecerant, validus viribus, cladem quæ
 è repentina pluuia venti quieuerant, tardius euntes ab-
 quitus, & nescio quo pacto in vnâ nauum accepit.
 Diuinæ consilio prouidentia mansit incolumis. Lucianus
 tur cum fluctibus reliqui, & quamquã in summa difficul-
 tate ac defatigatione, Apostolico Symbolo, præcedente
 fundendis ad Deû, se se contra spiritales nequias vana
 nire non desinunt. iamque nox erat media, cum Alphonsus
 Fernandus in verba præcûte, certos è quinquagesimo psal-
 mo versiculos decantare cœperunt, atque illum psalterium:

Tibi soli peccavi, &c. Verum lassitudine tandem victus, & equarum vi obrutus Alphonsus extinguitur, spectata probitate, ac religione vir, cuius præcipue robur animi ac virtus in hæreticis modò refutandis eluxerat. Hunc autem eo consilio è Lusitania secum abduxerat Azebedius, ut Philosophiam, cui magna cum laude vacauerat, in Brasiliensi provincia profiteretur. Alphosum secutus est mox, velum inuocans, Andreas Pais: postremus omnium Ferreus Aluarus mergitur. Tum Sebastianus Lupius in mari medio, nocte in tempesta, dæsis tenebris, imbre maris derelictus, elatum sorte quadam in classe lumen emittens, mille circiter & quingentorum passuum inter nullo distantes consequitur naues; quarum ad vnã, item quæ alteram accedens, & vt admitteretur suppliciter postulans, cum acerbè minitantes hostes, intentaque in se via sensisset; quasi ad extremum perfugium, contendit ad vnã è scaphis: cuius ad marginem stans fortè quidam hæreticus paulo mitior, tum Sebastiani angustijs, tum etiam fortassis ab se desertæ veræ fidei religionisque recollectione commotus, excepit hominem: penulaque conreptam, ac furtim in nauem impositum, commentis quibusdam hostium furori atque immanitati subtraxit. Duos autem illos qui in Lusitanica nauis relictis fuerant, eodem genere mortis, eadem animi magnitudine defunctos accepimus. Porro nobis hæc omnia Sebastianus ipse et Lupius exposuit. nos totam rei gestæ seriem his confirmatam litteris eidem Sebastiano recognoscendam ostendimus: cuius ille narrationis veritatem ac fidem suo rursus testimonio comprobauit. Quo etiam studiosius fecimus, vt hanc ad vos mitteremus epistolam, rati eò vobis gratiorem futuram, quò certiora perferret. Quod reliquum est, vestris omnium sacrificijs, precibusque, nos etiam atque etiam Domino commendari percipimus. Olisipone. v. Idus Decemb. MDLXXI.

F I N I S.

